

2356. Johannes Calvin an Ambrosius Blaurer¹⁾.(Genf 1561 Mai 28.)²⁾

[Die Verhältnisse in Frankreich. Fortschritte des Evangeliums trotz Verfolgung. Die Lutheraner lassen nicht ab zu wüten. Brenz. Bruchstück, Kopie von Gerwig Bl.s Hd.]

Status Galliae minus recte compositus est, quam existimes. Regis Navarræ eadem quæ prius mollities. A regina matre aliquid interdum elicitur; sed hoc ipsum, quod concedit, insidiis et perfidia refertum est. Multis in urbibus tumultuati sunt papistæ usque ad cædes; Lutetiæ bis fortiter repressi sunt et male multati. Curia, quæ parlamentum dicitur, non tantum dissimulat, sed videtur in lucro ducere, quo iterum accendatur in nos sævitia. Vix tamen credibile est, quam longe lateque propagetur regnum Christi; undique petuntur a nobis ministri, et quanquam pridem exhausti sumus, quæ est flagitandi importunitas, sumimus ex fæce. Curia Tholosana atrocior est quam Parisiensis; multi adhuc illic sunt in carcere; quidam nuper exusti sunt. Nisi se opposuisset regina Navarræ, quæ se multo animosius et viriliter gerit quam maritus, duriter afflictæ fuissent multæ ecclesiæ; perexigua spes esset, nisi quod deus in erigendo filii sui regno solet ex confusis principiis ducere exitus lætiores. Ego cum video in omnium piorum cordibus vigere invictam alacritatem, quæ nullis terroribus cedit, maiore fiducia me sustento.

Interim Lutherani suis bachanalibus indulgere non desinunt. Statui posthac Madiani(t)cas eorum pugnas tacitus despicere, quia nulla magis alia ratione confici possunt quam proprio impetu. Brentius quiescendo melius consulisset famæ suæ; nunc eo stoliditatis et dementiae erupit, ut plus sibi accersiverit dedecoris, quam inimici optassent. Certe fieri non potest, quin hic unus actus probrosam eius sepulturam reddat.

2357. Ambrosius Blaurer an Heinrich Bullinger.

Winterthur 1561 Juni 5.

[Dank für Mitteilung von Briefen und Nachrichten aus England und Schottland, sowie über den Türkenkrieg. Die Berner rüsten gegen Savoyen. Freude Huberts über einen Beschluß des Straßburger Rates und Lob der ihm von den Zürchern erwiesenen Ehre. Gerwig. Grüße. Orig. lat.]

Nicht wegen Deines Schweigens, sondern aus Mangel an Stoff schrieb ich länger nicht. Für die Mitteilung von Bezas Brief und andern Schriften danke ich Dir, ebenso für die Neuigkeiten über die Beständigkeit von England

¹⁾ Gedr. Corp. Ref. XLVI, Nr. 3401.

²⁾ Notiz oben a. R.: „Calvinus ad me 28. Maii“, über das Jahr vgl. Calvins inhaltlich sehr verwandten Brief an Bullinger vom 24. Mai 1561, ebd. Nr. 3397 und unten Nr. 2364.